

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Friedrich Berlich    Guilielmus Johannes Teuringk

## **Exercitatio Ethica De Ira**

Rostochii: Kilius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730213153>

Druck    Freier  Zugang



F. Berlech (W. J. Turnagh)

R. U. phil. 1651.





5

EXERCITATIO ETHICA  
DE  
**I R A ,**  
*Quam*  
Permissu Amplissimæ Facultatis  
Philosophicæ,  
**IN ACADEMIA ROSTOCHIENSIS,**  
PRÆSIDE  
**VIRO CLARISSIMO**  
**M. FRIDERICO BERLICHIO.**  
Lipsiensi.  
*Proponit*  
**GUilielmus Johannes**  
Teuringf / Curlandus  
AUTOR  
*Horis antemeridianis in Auditorio Majori.*



**ROSTOCHII,**  
Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. L1.

*Postscriptum ad Preludium.*

ILLUSTRI, MAGNIFICO,  
GENEROZO, AC EMINENTIS-  
SIMO DOMINO,

DN. MELCHIORI  
à FÖLCKERSWOB/

Sac: Reg: Majest: Poloniæ &  
Sueciæ Præcellenti Palatino, Illustris-  
simi & Celsissimi Curlandiæ & Semigalliaæ Ducis  
Consiliario Regenti Superiori, ac Cancellario, Pro Me-  
diatione Pacis inter Coronas Poloniæ ac Sueciæ Lega-  
to Illustrissimo & Excellentissimo, Hæreditario in  
Kalkunen & Verkenhege/ Domino in Barbaren  
& Oscheneken/ &c. &c:

Domino ac Mæcenati meo, eâ quâ par  
est Devotione venerando

Hanc Ethicam Exercitationem

HUMILLIME

offert ac consecrat

Guilielmus Johannes Tzuringf.





## Quod DEUS benē vertat!

### THESIS 1.

**V**itam nostram affectibus irrequietam reddi, Nemo, nisi, qui & quinq; digitiis notiora, vel negare, vel in dubium vocare, audebit.. Inter hos autem nullus fermè alius, crebrius & vehementius menti percussione minatur, quam ira; Quamvis verò Hæc, sœpe gravissimorum malorum causa existere soleat, dum cæteris aliquid quieti placidiq; interdum inesse, deprehendimus: Hic totus concitatus & in impetu doloris est. Adeo ut forte quis *Seneca* ad stipuletur: Iram Patr i luctum marito divortium, Magistrati odium. Candidate repulsam, sœpius attulisse, docenti: Attamen *Philosophus* illam nobis exsecrari vetat, forte quod non modo calcar virtutis videatur, & eos fortitudinis denominetur, sed & quod eam natura nos docuerit, adeo ut irâ erectâ, animus inermis & ad conatus magnos piger inersq; sine omni dubitatione, futurus. Ut igitur hunc maximè ex omnibus frequentissimum ferme affectum rectè noscere discamus, illum, quatenus in Ethicis considerari solet, penitiori mentis oculo, quam breviter intueri, constituimus.

II. Hoc ut commodius fiat, omnium primo etymon vocabuli examinabo. Nam ῥάγης τὸ οὐρανός διδάσκειν, δεῖ πέποντας εἰπεῖν τὰ οὐρανά, inquit *Philosophus*. Dicitur ira à verbo ire, nam è se it, qui irascitur unde & qui iram depонit, ad se redire dicitur. *Becmannus* iram quasi uram dictam putat, ejusq; derivationis rationem Hebraico

vocabulo confirmat; Cui, si quis pollicem premere voluerit, ei libertatem suam non invidebo. Accipiunt vocabulum iræ nonnulli prout objectum Mansuetudinis, constituit, Nonnulli, prout ejusdem oppositum; Verum enim vero, in genere nobis de ira pertractaturis, subsequentes forte Theses, uberiorē vocis hujus explanationem, pro ratione materiæ & intentionis, expeditabunt.

III. Ut verò sciamus, quo in ira consistat & quæ ad ipsius essentiam aliquantum facere videantur, sciendum, Iram conjunctam cum dolore cupiditatem speratæ punitionis esse, propterea quod quis aut nos, aut nostrorum quempiam immerito malo affecit.

IV. Causam efficientem & quidem primariam pono DEUM, is enim est Creator omnium affectuum; Secundariam ipsam naturam, nam ira nobis à naturâ est indita, Ejus instrumentum, varijs commoditatibus scatens imo propugnaculū ad magna bona obtainenda, & mala econtra declinanda, à natura productum, quod alijs sepositis, exbrutis animantibus, in quibus præter alias ~~sæpius~~ seu inclinationes & iram deprehendimus, ad oculuni, cui libet patescit. Ita autem habendum; ex tristitia quadam primum cor contrahitur, ut quod molestum est fugiat. Mox dilatatur & in quandam vindictæ cupiditatem se effundit. Ex hisce cordis ac spirituum motibus, sanguis ita exardescit calor, ut circa cor quasi ebulliat, & effervescat, Hinc Generos. Grotius cum Eustathio iram dicit ζεν πεμπαδίς αἴματος δι ὅρεξιν ἀντιλυθήσεως. Sanguis verò per violentos hosce motus attenuatus partes petit superas nempe caput, & tum cerebrum turbat. Hinc Seneca: Flagrant & micant oculi, multus toto ore, rubor, exæstuante ab imis præcordijs sanguine.

V. For-

V. Formalem causam in eo consistere existimo,  
Quod sit commotio animi cum dolore, seu qua rem mo-  
lestam, sive ea sit injuria, sive contemptus, sive aliud  
quoddam malum, à nobis repellere cupimus. Et pér do-  
lorem secernitur ira ab odio, hoc enim absq; dolore &  
molestia, illa verò cum ea est. Hinc fit ut ira difficulter  
admittat rationem, ob doloris videlicet vehementiam;  
Odium verò magis utatur ratione, quia cum dolore tali  
ut ira non est conjunctū, quam differentiam inter odium  
& iram optimè *Laius Peregrinus* annotavit. Item à spe,  
hac quippe movetur quidem appetitus, ad expetendum,  
sed absq; dolore. Porrò eadem verba distingunt illam  
ab indignatione, & audacia.

VI. Causam materialem circa quam vel objectum,  
quidam opinionem, contemptus sui ab alio statuunt;  
Quidam non à contemptu iram esse, probant experien-  
tia, quæ testatur nos; quandoq; ob alias causas irasci,  
variaq; cum indignatione ferre. Non tamen fieri hoc  
debet indifferenter ob omnia, quæ enim absq; ratione  
nobis & commodis nostris incommodant, in ijs neq;  
jus, neq; injuria, nec delictum præsumendum est. Alij  
injuriam pro objecto ponunt. Mihi universale objec-  
tum iræ videtur esse malum, sive verum sive apparens  
ita nos offendens, ut repellere id cum vi quadam &  
violentia discupiamus & conemur. Ad hoc referri  
possunt omnes res ac causæ nos ad iram impellentes. In-  
ter quas nonnullæ justam iram concitant, ut contemptus  
nostræ, Damna, quæ nobis vel nostris in rebus suis, ab  
aliis iniq; inferuntur; Aliæ verò non justam, ut cum re-  
bus irascimur inanimatis; aut brutis, aut hominibus, à  
quibus nulla inuria nobis illata. De quibus *Dreco* Legem  
ferebat, cujus à Demosthene mentionem fieri, tradit

*Crugierius.* Per quā in inanimatas res animadverti jubebat.  
Prout quoq; talia perpetrari exemplum Pheronis in me-  
dios fluminis voragini spiculum contorquentis, abun-  
dē & notoriē testatur. Sicut etiam *G.eneros.* *G.rosius* de  
Brasilianis refert, quod feri illi homines, de ferro, ita ut  
de homine se vindicent. Contemtum autem qui pro  
irae rationalis objecto admittunt, illis non contradicere  
ausim ex hāc ratione, quod nimis contemptus cum  
malitia conjunctus: Deinde ad excellentiam omnia ho-  
mo referat: Unde omnes irae rationalis cauſæ tandem  
rediguntur ad contemptum excellentiæ nostræ, & quo  
minus excellentiam nostram attingunt, eiq; adversan-  
tur, eo minus iram concitant. Diximus supra five  
verum five apparenſ malum. v.g. Cum mali, qui pruritu  
famam & vitam suam delictis & criminibus inquinandi  
laborant, odio prosequuntur Leges & Magistratus. Hinc  
*Seneca*; ut scias, inquit, non esse iram pœnæ cupiditatem,  
infirmissimi ſoepe potentissimis irascuntur: Nec pœnam  
concupiscunt, quam non sperant.

VII. Sunt autem hujusce contemtus species tres. De-  
ſpectio, incommodatio, & contumelia. Despectio est mera  
negligentia cū quid parvi pendimus, licet non incomme-  
demus. Incommodatio est studium impediendi volun-  
tates alienas, non ut ipſe aliquid acquirat, ſed ne alij,  
quod volunt, aſſequantur, quatenus igitur nihil ſibi ac-  
quirit negligit. Perspicuum est enim, cum credere ſibi  
nihil illud nocere poſſe: Nam timeret, non autem negli-  
geret. Neq; in aliqua re alicuius ponderis prodeſſe poſſe:  
Nam ſtudium adhiberet, ut illi amicus eſſet. Con-  
tumelia est, cum quis laedit, ac dolore afficit aliquem in-  
care, unde illi, qui patitur ignominia nascitur: non ut  
qui contumeliam infert, aliquid plus habeat, quam ante  
ha-

haberet, sed tantum ut voluptatem capiat. Hæc sunt tria illa, quorum unumquodq; ad iram aliquem movere potest. His generalis regula addi posset: Quo quis gloriæ est cupidior (ut ferè fit, si quis vel dignitate, vel eruditio[n]e excellat) hoc ob contemptum sui vehementius solet irasci. Ita Hipponax cum deformi & foeda esset facie, ac effigies ejus à pictoribus quibusdam publicè exposita esset ad deridendum: tantopere excanduit, ut virulentis versibus aliquos eorum ad suspendium adegerit.

VIII. Iram attribuimus non tantum homini, sed & animali, quia in animalibus dantur requisita affectuum, datur nempe causa proxima eliciens affectum, datur causa excitans & impellens objectum sub ratione convenientis, vel inconvenientis à Phantasia comprehensum. Modo quod homo circumstantias, quo tempore videt laesio, vel quo loco facta, præ animalibus brutis judicare & aestimare per rationem valeat. Pueri quoq; irascuntur tamante usum rationis, quam post, nec ira ante rationem distinguitur specie ab ea, quæ rationem sequitur; Inde patet non semper iram rationem sequi, sed ejus ductum nonnunquam excutere. Appetitus itaq; sensitivus, quia in ipsis irascenti facultate ira reperitur; Quiq; à fervore sanguinis circa cor maxime afficitur, subjectum iræ constituere videtur. Poeta de Ulysse varia noctu secum versante & procis jam jam interitum meditanre:

Πολλὰ δὲ μερμήσλε καὶ Φρένα καὶ τούμπον,  
Θε μεταίξες θάνατον πάντειν ἐνέσῃ  
Η τοι εὖ μνησῆρον ὑπερφιάλοισι μιγῆναι  
ὕστοτε καὶ πάκτω, περιδί δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει  
Multa autem cogitabat mente εἰς in animo,  
An irruens mortem conflareret εὐχῇ,

an

*An sineret cum precis superbis coire  
Extremo & ultimo, cor autem ei intui latrabat.  
Alius in eandem sententiam: Tumida ex ira tum corda  
residunt.*

I X. Sed hanc nostram sententiam variè impugnant, dum alij iram in naribus habitare opinantur; alij in felle, alij in auribus iræ sedem esse existimant; Sunt alij qui toti pectori iræ domicilium attribuunt; Deniq; quidam etiam stomacho: Hinc stomachari pro irasci dixere Veteres; Qui tamen in subiecto iræ longius à veri lapsi ratione videntur. Experientia docet irā multos extingui, Ergo indicium est, iram, sedem vitæ cor occupare, non aliter ut ex eo, quod nimia intentio cerebrum lædat & insaniam promoveat, indicium sumimus, eam in cerebro residere. Imo quia cerebrum est domicilium rationis vel intellectus, quæ iræ sèpissimè adversatur. At repugnat ab eadem facultate, eodem tempore in eadem subiecti parte produci contraria. Nec Hepar, quia est domicilium Spirituum vitalium, in quō sanguis & operationes naturales fabricantur, quæ imperium & dictionem non patiuntur, nec regi aut frænari à superiori facultate se permittant.

X. Iram deniq; insequitur corporis mutatio, illiusq; à consuetà sua dispositione dimotio. à concitatis enim spiritibus agitatoq; & fervescente sanguine, dum appetitus sua arma quasi ad se contrahit, sensus turbari, rationem iramq; valde intendi, ambabus clavigimur manibus. Hanc tamen immutationem in solo corde subsistere, & non ad exteriores partes se effundere, experientia contrarium nos edocet. Quis enim non sentit, in ira se totum immutari, fervere, incalescere, & iubere, incendi respirationem, & quæ hujus generis sunt aliæ mutationes, quæ in vultu & aliis corporis partibus apparere solent.

ii. U.L.

X I. Ut ut autem animus hominis turbatus , si tamen ijs satisfactum , quæ in animo hominis iram excitarunt , facile etiam isti perturbationi succurritur . Hoc autem melius fieri nequit nisi si cupiditas , per quam supra ira descriebatur , vigorem suum & ultimum complemen- tum fuerit consecuta . Hinc inveniuntur qui omnis iræ finem esse ultiōem putant , quod tamen non placet *Scali- gero* : Unde pro ultiōe reponit depulsionem . Est enim omnis quidem ultiō depulsio , sed non omnis depulsio est ultiō . Rationem censuræ suæ adfert is quem dixi : Quia ultiō est retributionis appetitus , aut ipsamet actio . At non semper irascimur , ut ulciscamur , aut malam gratiam reponamus veluti qui fato suo irascuntur , qui Parentibus , qui liberis ut castigent , non ut reddant malum , sed ut efficiant meliores . De ijs tantum ultiōem sumere sta- tuunt , ex præscripto rectæ rationis , quæ sentire ultiōem possunt , & inde dolorem percipere . At qui irascimur ijs etiam rebus , quæ ultiōem nec sentire , nec dolorem percipere possunt . At tamen quidquid sit , pro- miscuè hic vocabula adhiberi posse , si sano sub intelli- gantur sensu , non ibimus inficias .

X II. Ultioni modum præscribit Mansuetudo , ad hujus Ergo fines , & intra eæ qui terminos si dirigatur ultiō , ut recta ratione sit suffulta , non est illicita ; siquidem turpe omnino est famam suam & existimationem negli- gere . Et hoc jure defendens se Samson adversus Palæ- stinos , insontem se testatur fore , si Palæstinos qui se ma- lo affecerant , malo viciissim afficeret : Et post pœnam ultioni eadem se tuetur ratione ; dicens se ipsis fecisse , quod ipsisibi fecissent priores . Et Jugurtha apud *Sallustium* cum dixisset Adherbalem vitæ suæ esse infidiatum , addit populum Romanum , neq; pro bono neq; pro recto factu- rum , si à jure gentium se prohibuerit , id est , ab ultiōne .

**XIII.** Restat nunc, ut quomodo dividatur, videamus. Seneca varias iræ species recenset, quædam, ait, sunt iræ, quæ intra clamorem confidunt; quædam non minus pertinaces quam frequentes; quædam sævæ manu, verbis parciores; Quædam in verborum maledictorumq; amaritudinem effusæ; Quædam ultra querelas & aversiones non exeunt, quædam altæ gravesq; sunt, & introsus versæ; Mille aliae species mali multiplices. Aristoteles iracundiam discernit in Excandescientiam Amarulentiam Amarulentiam, & Crudelitatem. Excandescientia est, qua quis obleves causas facile irascitur, & subito rursus placatur. Qualis in Alexandro M. fuit, qui Clytum amicum ab assentandi studio alienum, arrepto satellitis telo in convivio trucidavit: Statim verò cum deferibusset irâ ita facti ipsum pœnituit; ut manus ipse inferre sibi voluerit. Quidam ad hanc classem referunt Amantes, inter quos iræ levibus quidem de causis existere, sed non diu durare solent:

*Fabula quod jactant, injuria solvit amorem;*

*Namq; redardescit sic meus iste furor.*

Canit Poeta. Amarulentia est qua quis tardè quidem irascitur, sed conceptam semel iram diu fovet & ultionem meditatur. Talis in Simeone & Levi fuit. Crudelitas est qua sævi homines intumescunt & non nisi vindicta extraordinaria placantur. Hæ sunt tres illæ species iræ à Philosopho relatæ; Quamvis qui iram sub alio considerandi modo exhibent, & alias species attribuere soleant:

**XIV.** Ne verò ira malum homini infestum fiat, quod corpori morbos accersat periculosos, remedia ipsi assiguantur varia. Suadent enim quo quis eo facilius ab ira abstineat, ut iratus vultus sui deformitatem in speculo contemplaretur; Quippe cum faciem suam Phrenetico ferme similem videret, eo dedecore territus, impostrum

rum sibi facile à temerariâ ira temperaturum. Deinde ut vel quantum fieri possit primum iræ irritamentum removat protinus, adeo ut causa sublata nec affectus subsequi possit, vel animo spatiū cogitandi det, qui partes dissipatas colligere prius possit; quam ad ultionem ruere.

Nec fræna animo permitte calenti:

Da spatiū, tenuemq; moram: mala cuncta ministrat

Impetus.

XV. Athenodorum Philosophū tradunt cum aliquando ab Augusto Cæsare rogaretur, ut aliquid sibi monumentum relinqueret, respondisse: Si contigerit te irasci, nihil prius dixeris fecerisq; quam 24. literas recitaveris.

XVI. Præterea cogitandum esse, quod & ipse homo sit, adeoq; humani à se nihil alienum esse, præfertim quod ipse non modo sine prægnanti causa & alios contemptim habere, sed interdum & nonnulla contemptu digna committere queat, ob quæ, si deinde ab alijs supercilio reflexo despiciatur, injuria ipsi non inferatur. Hic semper ante oculos nobis posita habemus exempla magnorum virorum, qui cum laude iram represserunt, quibus historiæ refertæ. Pythagorei si quando per iram alium contemnerent, aut quocunq; modo injuriâ afficerent, ante solis occubitum dextris mutuo inter se junctis præviâ salutatione, gratiam redintegrabant. Charillus Rex tam benè ab irâ sibi temperare sciebat, ut aliquando servo adversus ipsum indignius gerente; per Castores, diceret, occiderem te, nisi irascere. Ita Aristoteles, ut *Laërtius* de eo refert, cum aliquando à loquaci quodam & maledico, multis probris proscinderetur tandem ad interrogationem istius, numquid te satis obtrudi? Respondit; Tibi animū non adverti.

XVII. Præ alijs autem omnibus vitandam tradunt curiositatem nimiam, per quam in aliorum negotia, stu-

dia, colloquia, actiones & similia nimis anxiè & præter convenientiam inquirimus, de qua Seneca: Non vis esse iracundus, ne sis curiosus. Ne itaq; nostra quæ nil refert, percunctemur; Musicae potius suavi (cui *Horatius* tanta attribuit, ut ipsi & originem Reipublicæ & vitæ socialis acceptam referat) aures præbeamus, ut per eam turbati Spiritus tranquillentur & componantur, ut legimus quod Saulis irati animus per eam compositus & mitigatus. Deniq; qui ad iram proclivis, caveat sibi ab omnibus quæ vel animum exasperare, vel sanguinem accendere vel rationem turbare possunt.

**XVIII.** Cum autem irascendum, probe attendendum, ne extra sphæram decentis iræ exorbitemus, Adeoq; cynosuram Mansuetudinis in hoc sequamur, quæ iram moderari docet.. Non enim permittit ea irasci ob causas quasvis, sæpe enim res cum tantâ vilitate conjunctæ, ut ob eas nos ne commoveri quidem permittere debeamus. sed ob justas & graves, quæ concernunt vindicationem honoris & cultus divini. Ita enim est: Religio equidem in abstracto considerata, prout res incorporalis est defendi nequit, optimè tamen in concreto, si Magistratus subditorum hanc vel illam Religionem profitentium defensionem justam in se recipiat, quod adeo verum, ut interdum utilitati Reipubl. fermè aliter benè non possit consuli, & Religio ipsa id ipsum exigere videatur. Talis erat ira Mosis duas illas Tabulas confringentis. Eliæ adversus sacerdotes Baaliticos, Davidis in Ammonitas, qui contra jus Gentium Legatos ejus violaverant.

**XIX.** Deinde si Patriæ libertatem & jura infringi cernimus, Parentes violari, conjugem liberosq; injuriā affici, deniq; si famam & existimationem nostram ab improbis lœdi. Tum enim obtinet, quod de Zenone Eleate refert Laërtius. Hic enim maledictis infectatus indignari solitus

solitus fuit, causantibus verò quibusdam, respondit, si maledicta æquo animo admitterem, ne laudes quidem sentirem. Injuriam autem Existimationi nostræ factam justo modo vindicare debemus, per eum, qui propterea constitutus, ut rixas sua jurisdictione compescat & dirimat, ideoq; & tutela juris publici in medio cuilibet posita.

XX. Ulterius videamus quibus irascamur. Non autem indifferenter omnibus, sed iis modo, qui ex dolosa prohæresi injuriam nobis inferre laborant. Itaq; quis non excusatum haberet eum, qui aliquid vel ex incuria, vel non injuria admittat, quod in contemptum vergere possit, aut qui per imprudentiam peccat, quippe cui ipsa sententia Legis ignoscit: Ita Cato in balneo imprudenter licet nimis rusticè ab altero percussus nesciebat ser percussum esse. Sic Croesus ignovit Adrasto Phrygi, qui Filium ejus Atyn invenatione telo, quod in Aprum incautè direxerat, occidit. Non iis qui per ignorantiam quæ subsequentem habet dolorem, committunt. Nec furiosis aut mente captis, non etiam brutis, aut rebus inanimatis. Quo insaniæ morbo laborabat Xerxes, qui iratus & mari Stigmata atq; verbera ingessit. Et Cyrus, Babylonem oppugnaturus cum Gynden amnem vado transire tentaret, ac unus ex equis illis regium currum trahere solentibus, submergeretur, adeo indignatus est, ut jurarit, se illum amnem adeo exhaustum, ut vel mulierculæ permeabilis fieret. Non etiam amicis & benè de nobis meritis, neq; deniq; veniam precantibus; Quò nomine malè audit Cariolanus, quod missi ad eum deprecandum legati nihil profecerint, missi deniq; sacerdotes cum infulis, & que sine effectu redierunt. Sed iis qui omni probitati & virtuti nuncium remisserunt, & nuncupatis votis impietati & sceleribus nomen dederunt, jure irascendum.

**XXI.** Præterea modus habendus, verissimum enim,

*Est modus in rebus sunt certi deniq; fines.*

*Quos ultra citrag; nequit confidere rectum.*

Qui hoc efflagitare videtur, ut præprimis honestatis respectus ne seponatur, quod alias fieri solet, si nimium vel perturbemur, vel commoveamur; Ne quoq; in primo iræ fervore & impetu omnia agamus sed quod supra innui-  
mus, animo turbato spatium indulgeamus, quo meliores cogitationes capessere queat. Unde & *Plato* monuit ne quid in primo iræ æstu quis faceret, cuius postea ipsum pœnitere posset; Imo cum ipse in servum aliquando irrueret, retracta manu, vapulares, dixit, nisi iratus essem, Præterea modus exigit ne ira magnitudinem injuriæ commissæ excedat, sed ad iram commotus nimium & parum observet, ut extra mediocritatis limites non evagetur.

**XXII.** Deniq; ponderabit, ut commodo tempore, cū maximè decet irascatur. Itaq; ira exulabit à seriis consultationibus. Mens enim in ira nihil recte quicquam consulit Item ab honestis congressibus & conviviis in quibus intenta amicitia in odium mutaretur. Convivia enim non, modo ad Corpus sustentandum, sed animum magnam in partem spectant. Unde in publicis locis veteres epulabantur, qui mutuam suam benevolentiam publicè testarentur.

**XXIII.** Hisce de Ira admonitionibus vel justis aliorū judiciis recensitis, plura non addimus, modo cum hoc *Scaligeri* exercitationi huic imponimus colophonem;

*Irascitur & sapiens & fortis & excors,*

*Et stultus & insanus & imbellis & audax*

*Quis conveniens tot pedibus calceus hic est?*

*Tegymata.*

I. Diximus in superioribus, quod irasit affectus vehemens, per quem animus hominis nonnunquam non leviter moveatur, dubitare quis posset, An & in

DEUM

DEUM caderet? Quamvis verò dantur qui id pertinaciter negant: Attamen affirmati-  
vam tuendam suscipientur; Tum quod DEUS sēpius irascitum quod ira DEI de Cœlo  
adversus omnem impietatem revelari, à Paulo dicatur. Ostendit quoq; ipsum exem-  
plum Christi, qui ementes & vendentes ejiciebat ē Templo. Deniq; hoc præsupponi-  
mus, Quod ea quæ à Creaturis transferuntur ad Creatorem, ab omni imperfectione prius  
sint liberanda, si alias modo quicquam imperfectionis in iis repertum.

II. Quærimus ulterius An affectus in se & natura sua spectati mali sint? Quod nega-  
mus; si quidem ab ipsa DEI Lege præcipiuntur, Deniq; naturæ instrumenta sunt, quibus  
ceu certissimis propugnaculis ratio ad magna bona obtainenda, & declinanda mala uti-  
tur. Prætereat ipsa socialis vita, quæ hoc exigere videtur, ut alteri interdum justè irascam-  
ur, dignè aliquem amemus, aliorum misereamur, speremus, letemur, tristemur, qui  
actus si ex vitioso principio orirentur, aut per se mali forent, nunquam ad mediocrita-  
tem redigi possent. Deniq; ut ex superiori constat non modo ira, sed & misericordia, sed  
& odium, DEO tribuuntur, ergo prava non sunt. Proinde liceat nobis verba Augultini  
nostra facere: Utrum animus irascatur nec utrum sit tristis, sed unde sit tristis, nec utrum  
timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, ut corrigatur, contristari afflito ut libe-  
retur, periclitanti timere ne pereat, nescio utrum quisquam sana ratione reprehendat.

III. Disquirere solent, Utrumque qui se verum dicere putat, mentiri queat? Notum  
est, veritatem consistere in congruentia τῶν πειραμάτων rerum τῶν νοημάτων  
conceptuum, εγμέτων verborum & χαρμάτων literarum. Prout enim res est, ita  
debet concipi, prout fuit concepta, ita sermone debet exprimi, prout sermone fuit ex-  
pressa, ita debet scribi. Quæ si invicem conjungantur, facile veritatis discriminem nobis,  
exhibere poterunt. Conguentia quippe πειραμάτων & νοημάτων ponit Veritatem,  
quam solent denominare Metaphysicam. πειραμάτων verò & εγμάτων congruen-  
tia, constituit Logicam. Deniq; νοημάτων καὶ εγμάτων convenientia, prout dicit veri-  
tatem Ethicam, cui mendacium opponitur Quæ distinctio ad positam quæstionem mi-  
nistrabit Responsum. Quippe cum & falsum quis dicere posse, etiam si verba ejus cum  
re consentiant; Quoniam non tam ad rem respiciimus, quam animum seu sensum pro-  
nunciantis.

IV. An Homo naturā sit animal sociale? In diversum abeunt sententiae, quidam di-  
cunt homines convenisse, qui se adversus Cœli injurias munirent, nonnulli, dum ignem  
conficerent, ipsiusq; calorem sentirent, alijs beneficio artis Musicae; quidam afferunt op-  
pida ædificata ab artem conquinariam, quidam ob timorem belliarum, quidam quod  
egestate compulsi primum societatem inierint; Hoc tamen certum homines temere &  
fortuito in societatem non confluxisse, sed ipsius naturæ ductu id fecisse. Videtur enim ap-  
petitus ille homini inditus, per quem ad societatem & conversationem quasi trahitur,  
qui frustrari non potest. Et quod si appetitus ille frustaneus, queso quid Sermo homini

pro-

prodeisset, dum bruta per eum ipsius sensa non intelligere, multo minus cum eo verba mis-  
cere possent.

V. An in Aristocracia detur Majestas Personalis? sunt qui cum Bodino sentiant,  
Majestatem in indivisibili consistere. E quo consecrarium nec Majestatem in Aristocraciā  
inter plures dividī posse. Verū quo sensu hoc Bodini axioma capiendum, ipsa forte  
placida suppeditabit collatio; Interim cur Aristocraciā summam hanc denegent potesta-  
tem, certe non video, si quidem & ipsa non modo ratione status, sed & administrationis,  
que à Majestate personali spectatur; Verū & in ea, ut in Monarchia, duplex subiectum,  
cujus speciebus diversis alia atq; alia potestas assignatur, deprehenditur.

VI. An Legati rebellium jure Legatorum gaudeam? Quod Legati jure Gentium san-  
cti sint & inviolabiles, unicum testari potest apud Ciceronem Haruspicum responsū;  
Legatorum jus divino humanoq; vallatum præsidio, cuius tam sanctum & venerabile no-  
men esse debet, ut non modo inter sociorum jura, sed & hostium tela incolume versetur.  
Omnes tamen indifferentur Legatos admitti gentium jus non videtur præcipere, quam-  
vis ut Generosi Grotius innuit, eos sine causa rejici vetet. Causam autem sufficientem  
ministrat defeclio subditorum, seu rebello. Quia enim rebelles latronibus ac Prædonibus  
similes, qui Civitatem non faciunt, nec jus civitatis nancisci poterunt, dum præprimis  
adversus eum ad quem Legatos mittunt, graviter deliquerunt, delinquendo autem  
nemo pretiosior fieri, nec ullus quicquam ex dolo suo  
lucrari debeat.

## SOLI DEO GLORIA.

Ad Dn. THEURINGIUM.

**E**usebiæ Sophiæq; tuos sacrae labores  
Pergas, futurus carus hoc ipso An-  
nulus, In præsens, Docto cum Præside, Pul-  
pita scandes,  
Et quid sit IRA, ex Ethicis edisseres.  
Bonum omnia ergo f.

Hermannus Schuckman/Theol. D. & Prof.

**I**n genij fructus profert feliciter ille  
Flos juvenum TEURING. Floreat, opto, diu!  
Testan. benevol L. M. Q. f.

Casparus Mauritius, SS. Theol. D. P. P. & Eccles.

Ad Pereximum & Præstant. Dn. TEURINGUM  
Amicum optatissimum,

**Q**uid sit mortali primum monstrare laboras?  
Hoc primum faustum sit tibi, sit Patriæ.

M. Henricus Vulpianus.






DEUM caderet? Quamvis verò dantur qui id pertinaciter negavam tuendam suscipiemus; Tum quod DEUS sèpèr irasci, tum adversus omnem impietatem revelari, à Paulo dicatur. Ostendit plumbum Christi, qui ementes & vendentes ejiciebat è Templo. mus, Quod ea quæ à Creaturis transferuntur ad Creatorem, absint liberanda, si alias modo qui quam imperfectionis in iis reperi-

II. Quærimus ulterius An affectus in se & natura sua spectatamus; si quidem ab ipsa DEI Lege præcipiuntur, Deniq; naturæ in celo certissimæ propugnaculis ratio ad magna bona obtainenda, conturbatur. Præterea ipsa socialis vita, quæ hoc exigere videtur, ut alterius, dignè aliquem amemus, aliorum misereamur, speremus, luctus si ex vitiōso principio orirentur, aut per se malî forent, numeri redigi possent. Deniq; ut ex superiori constat non modo ira, & odium, DEO tribuantur, ergo prava non sunt. Proinde licet nostra facere: Utrum animus irascatur nec utrum sit tristis, sed ut timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, ut corrigatur, co-retur, periclitanti timere ne pereat, nescio utrum quisquam san-

III. Disquirere solent, utrumque qui se verum dicere putat, est, veritatem consistere in congruentia τῶν περιμέτων conceptuum, ἐγμέτων verborum & ξερμάτων literarum. debet concipi, prout fuit concepta, ita sermone debet exprimi, pressa, ita debet scribi. Quæ si invicem conjungantur, facile exhibere poterunt. Congruentia quippe περιμέτων & νοη- quam solent denominare Metaphysicam. περιμέτων verò entia, constituit Logicam. Deniq; νοημάτων καὶ ἐγμέτων con-tatem Ethicam, cui mendacium opponitur. Quæ distinctio ad penitribilis Responsionem. Quippe cum & falsum quis dicere possit, re consentiant; Quoniam non tam ad rem respicimus, quam a-nunciantis.

IV. An Homo naturâ sit animal sociale? In diversum abeunt homines convenisse, qui se adversus Cœli injurias munirent, conspicerent, ipsiusq; calorem sentirent, alijs beneficio artis Musicae pida & discata ab artem conquinariam, quidam ob timorem be- egestate compulsi primum societatem inierint; Hoc tamen certi fortuito in societatem non confluxisse, sed ipsius naturæ ductu id petitus ille homini inditus, per quem ad societatem & conversationem qui frustrari non potest. Et quod si appetitus ille frustraneus, qu



the scale towards document  
firmitate Cœlo  
exem-  
upponi-  
ne prius  
d nega-  
quibus  
ala ur-  
irasca-  
ur, qui  
ocrita-  
lia, sed  
gutini  
utrum  
ut libe-  
bendat.  
Notum  
uātow  
est, ita  
fuit ex-  
n nobis,  
statem,  
agruen-  
it veri-  
em mi-  
jus cum  
m pro-  
lam di-  
aignem  
unt op-  
m quod  
nere &  
nim ap-  
abitur,  
homini  
pro-

Patch Reference numbers on UTG Serial No. TE63

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. TE63